

II M  
9056

# EPITAPHIA

Desz Alten D. Conradi  
Schlüsselburgs Pfarherrn zu  
Etralesunde/ect.

Welche in eine ganze Löbliche Univer=  
sität zu Wittenberꝝ vor XLVII. Jahren/ In zweien  
unterschiedlichen Programmatibus seinem vordienst  
nach publiciret / vud in druck ausgehen lassen / wie  
solche von wort zu wort im siebenden theil In=  
timationum V Vitembergensium,  
zufinden sein.

Widerumb auffgeleget



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)

BIBLIOTHECA  
PONICKAVANA

Von  
Friederich Hartman/ Buchdrucker / in  
der Churfürstlichen Brandenburgischen Stadt Franck=  
furt an der Oder/ Anno 1615.

## An den günstigen Leser.

**M**it der günstige Leser gleich vor augen sehen vnd spüren könne / das D. Schlüsseburg zwar in seinem hohen Alter vnd auff der Gruben/nichtes neues stoffte noch trachte/als was er in seiner Jugendt schon vor 47 Jahren gewohnet gewesen/vnd noch sein altes Lied repetiret/ In deme er noch heute zu tage vnschuldige/vmb die Christliche Kirche wolverdiente gelehrte Männer so theils in Gott ruhen/theils noch im Leben/lästerlich vnd Teuffelischer weise schmähet vnd verdammet / Dabe ich nicht vnterlassen mögen gegenwertige Programmata ihme gleich zum Epitaphio zu ediren. Welche ein Lößliche Univerfitet zu Wittenberg An 1568.3. Idus Januar vnd 4. Idus Mart: daselbst öffentlich anschlagen lassen / darinnen er cum perpetua infamiae nota excludiret, vnnnd mit allen seinen Tugenden abgebildet ist / die auch nachmaln in 7.tom. Intimationum VViteb: Anno 1572. pag. 441. vnd 491. vnter vielen andern in öffentlichen druck ausgegangen sein / (welche er weil diese Bücher in der Welt sein vnd bleiben werden/ nicht ausleschen wird/was er auch darwider thun vnnnd bringen möchte ) vnnnd wie solche von wort zu wort im Latein / vielen andern zur nachricht auch deutsch vorsezt/ wider aufflegen lassen.

Adrian Reinholdt S.

RECTOR ET CONSILIIUM PUBLICUM ACADEMIÆ  
VVitebergensis.



quod propitij Dei  
ingens *φιλανθρωπία*, & misericordia summum beneficium dare potest generi humano, id his terris nostris benignissime concessit, ut doctrina cœlestis de Deo, natura, voluntate atq; vero cultu Dei, & Filio Dei atque Evangelio hujus, ab Idololatria, erroribus, & superstitione, quibus Pontificum, ut appellari volunt, Romanorum culpa & tyrannide obruta fuit, repurgata, ad veritatem scriptorum Prophetarum & Apostolicorum, & Symbolorum trium, atq; consensum veteris & catholicæ omnium temporum Ecclesiæ, non tantum docendo reduceretur & instauraretur, sed scriptis etiam salutaribus comprehenderetur, quibus universa scientia sanctorum dilucidè explicaretur, ad rem nostræ ætati & posteritati, si futura est aliqua, contestandam. Ad quam rem constat jam per orbem Christianum, Deum hujus Scholæ, inque hac summorum virorum, D. D. MARTINI LUTHERI & PHILIPPI MELANCTHONIS opera atq; ministerio usum esse, & extat in unum librum collectum CORPUS DOCTRINÆ nostræ, quam Schola hæc hæctenus, inter Diabolicas calumnias, malitiosas novationes & defectis

Ationes sceleratas à veritate hujus multorum multi-  
plices, Deo nos conservante, constantissime profite-  
tur & retinet, & unà nobiscum harum terrarum Eccle-  
siæ universæ & per Germaniam pleræq; & in exteris  
regnis permultæ eandem nobiscum in sancta & salu-  
tari concordia profitentur, & sanguine etiam suo ob-  
signant. Atq; hæc dum ita apud nos fiunt & præstan-  
tur, extiterūt ex Scholasticis nostris Duo, qui omnes  
& gregales suos, & qui antè ipsos unquā in hac Scho-  
la turbarunt, *improba & seditiosa audacia vincerent*, atque  
ea perpetrarent, è quibus pugnae jam inter Scholasti-  
cos existere inciperent, & cædes secuturæ, & Scholæ  
nostræ interitus atq; everasio metuenda essent.

NOMINA horum inquietorum sunt CUNRADVS  
SCHLIVSSELBURGIVS Schaumburgensis & N.N.N. ex quibus  
Schluffelburgius tam ad conviçtores suos, quam alios  
multos ex Scholasticis, & coram civibus etiam hujus  
oppidi inter pocula: qui metuentes rebus communi-  
bus, primum ad nos rem detulerunt: *doctrina publica*  
*longo jam tempore obrectare, postea eandem manifestè crimi-*  
*nari atque accusare ausus fuit. Et testimoniis multorum convi-*  
*ctus est, quod nomina & doctrinam quorundam ex Collegio no-*  
*stro atrocissimæ contumeliæ verbis affecerit, & disertè pronun-*  
*ciare non dubitaverit, De Filio Dei in hac Schola non rectè doce-*  
*ri.* Ipse etiam paulò post manu sua exaratum scri-  
ptum, cum subscriptione nominis, Rectori obtulit,  
quo expressis verbis, quid in doctrina publica, &  
quas quorum Professorum Scholas de Christianæ  
doctrinæ certis capitibus habitas reprehenderet atq;  
accusaret, consignavit.

Fe-

Fecimus igitur quod debuimus, ut illos tres ex Collegio nostro Professorum publicorum, qui ab ipso accusabantur, in Consilio publico nostro, primum ad nos causam dicere, & postea SCHLUSSELBURGIO accersito, similiter coram nobis & quatuor professionum Collegijs universis, respondere juberemus. Ibi tum in frequenti Senatu nostro ad accusationes hujus sæpè nominati SCHLUSSELBURGII, præfenti ipsi ita responderunt Collegæ illi nostri, ut partim falsò doctrinam hujus Scholæ, & se ab hoc accusari, *vel ut planè dicatur, mendacii scelerati eum convincerent, partim calumnias eum usurpare in interpretandis & de orquendis, quæ ex ipsis audivisset demonstrarent, neque accusator contra quod diceret haberet, sed à re aliena quædam proferens, de Filio Dei locutus est ejusmodi, quæ cum Eutychea esse doceretur, & patefacta in Sacra Scriptura veritati contraria, atque ab Oecumenicis Synodis, & Orthodoxa Ecclesia constantissimo consensu damnata, ne verbo quidem uno hoc negavit aut negare potuit.*

Præter hæc omnia literis ad suos missis, scribere de Schola nostra ausus fuit, in Saxonice Ecclesijs & Scholis natos atque educatos ad petitiones honorum in studijs Philosophiæ ut Magistri bonarum artium & Philosophiæ renunciantur, ægræ admitti, quæ res ex literis ipsius, ad præcipuos ex nobilitate equestri Saxonica homines permanavit, qui vel ejusdem, vel aliorum obtreçantium nobis culpa, in eo errore versantur, ut scribatur ad nos, existimare eos, etiam alienissimos à vera doctrina nonnunquam ad hos honores admitti. Cum quidem & hic *Calumniator*

non ignoret, & publicè constet, omnes, qui Magistri apud nos, aut cujuscunque professionis Doctores creantur, coram toto Auditorio jurare in Confessionem Augustanam oportere. De altero autem & ipso constat, ex nulla gente ad nos plures studiorum causa commigrare, neque ullius nationis homines apud nos ab annis jam pluribus quadraginta, atque hodie etiam honorificentius haberi quam Saxones, ut celeberrimam gentem à nobis hæc *calumnia* abalienare minimè possit, ad cujus ipsius testimonia hac in parte provocamus. Cum etiam superioribus mensibus aliquoties contra optimos & doctissimos quosdam ex Collegis nostris viros, & illos etiam ipsos, quorum Scholas seu lectiones voce & scriptis suis accusavit, infamantia eos scripta maledicorum versuum proposita fuerint, hic idem non tantum, quod leges civiles jubent, non suppressit ea atq; abolevit, quantum in ipso fuit, sed ventilando & recitando ad alios sparsit atque propagavit, & ita egit omnia, ut approbatorem se eorundem esse non obscure ostenderet: quales Imperatorum rescripta eadem cum autoribus talium scriptorum poena afficiunt. *Etsi eam expertissimus hominis audaciam & odium adversus nostros*, ut autorem eum esse libellorum illorum Archilochiorum magnopere dubitari non possit, neque desunt, qui hujus rei eum insimulent. Alter autem N.N. hunc SCHLUSSELBURGIUM & disputationes ipsius contra doctrinam publicam & Professores hujus approbavit, defendit & propagavit, & se esse Discipulum ipsius professus est. Et non tantum disputationibus in-

ter

ter Scholasticos turbulentis, sed etiam scripto ad Rectorum à se oblato, & vocibus coram Senatu nostro impijs & blasphemis, de ijs, quæ Veritati Christianæ & doctrinæ hujus publicè nostræ contraria sunt, testari non dubitavit, & comminisci definitiones de rebus maximis, & explicationes locorum scripturæ ejusmodi, quales nullius hæctenus impietas aut impudentia proferre ausa fuit. Atque neutrum horum quidquam facere aut fecisse discendæ veritatis causa, sed malitiosè & odio nostri omnia, demonstrat hoc, quod neque cum ijs ipsis, quorum doctrinam accusarunt, neq; cum Collegio Theologico, interrogandi & conferendi causa unquam ullum verbum communicarent, & de veritate luculenter edocti, in sententia tamen contumaciter permanerent.

*Hos igitur ambos, tam Magistrum quam Discipulum, qui ambo etiam Flacianorum furorum & turbarum se esse patronos & consortes professi sunt, cum periculosissimè in Schola nostra turbare cœperint, neque commonefactionibus ad ipsos in confesso nostro habitis ad sanitatem se reduci paterentur, propter seditiosas obtrectiones atque criminationes factas ab ipsis contra veram doctrinam de Deo, & optimos viros, qui hanc rectè docent, & propter injurias, contumelias, calumnias, mendacia, contra tam veritatem & hanc docentes, quàm Academiam nostram ab ipsis usurpata, quodque Preceptoribus suis juratam reverentiam, & his rei Scholasticæ debitam fidem minimè præstiterunt, decreto legitime facto, hac Schola, communitate, omnique usu & privilegiis hujus in perpetuum excludimus, & excludos esse publicè significamus, & hodiè antè adhuc Solis occasum hinc discedere jubemus,*

*mus,*

*mus, atque omne eis postliminium præcidimus.* Quicumque  
etiam ex nostris eos recipere & occultare convictus  
fuerit, in eum pari, pœna animadvertetur. Ethorta-  
mur autem universos, ut secundum præceptum Pro-  
pheticum Veritatem & Pacem diligant, & mandamus  
ijsdem, ut singuli & universi eos se præbeant, quales  
& pietas Christiana, & Leges Scholasticæ & Illustris-  
simi Principis & Domini atque Parentis nostri & Pa-  
tris Patriæ, edicta proposita, unumquemque esse vo-  
lunt jubentque.

P. P. III. Idus Januarij  
Anno 1568.



# RECTOR vnd samptliche Professores der Univerſitet Wittemberg.



De Allerhöchste Wolthat so Gottes vnaussprechliche Leutseligkeit vnd Barmhertzigkeit/dem Menschlichen Geschlecht auff dieser Erden gnädig vorliehen hat/ist diß/das er die himlische Lehr von Gott/von der Natur oder Eigenschaft/vom Willen vnd wahren Gottes dienst/auch von dem Sohne Gottes vnd seinem H. Evangelio/von Abgötterey/ Irrthumen/vnd Aberglauben/mit welchen sie durch der Römischen Bábste (wie sie wollen genennet sein) ihre schuld vnd Tyrannen gantz vberheuffet gewesen/widerumb gereiniget/vnd nach der warheit der Prophetischen vnd Apostolischen schrifften/der dreyen Symbolis/vnd einhelligen einstimmung der Ehralten Rechtgleubigen Kirchen/nicht allein zu lehren wieder an tag gebracht vñ vornewert/sondern auch solche in heilsame schrifften vorfassen lassen/dardurch die gantze wissenschaft aller Seligkeit klarlich außgeleget/zu nutz vnd zeugnüß dieser vnser gegenwertigen zeit/vnd auch vnserer Nachkommen/so noch welche nach vns sein werden.

Ist demnach wissend/das Gott zu solchem werck vnserer Univerſitet/vnd in dieser der hocheleuchten Wenner/berren/D. Martin Lutheri vnd Philippi Melanthonis fließ vnd dienst gebraucht hat/vnd ist solche vnserer Lehre in ein Buch oder Corpus Doctrinæ, welches noch vorhanden/  
B  
gebracht

gebracht worden/ welches bißhero vnser Vniuersitet / vnter  
den Teufflischen Vorleumbdungen/ boßhafftigen Aewrun-  
gen / vnnnd vieler darzu mannigfaltigen lästerlichen Abfall  
von dieser warheit/ so lange vns Gott erhalten wird / auff  
beständigst bekennet vnd behelt: so wol auch neben vnnnd mit  
vns alle dieser örther umbliegende Christliche Gemeinden/  
vnd mehrentheils durch gantz Deutschlandt / auch ihr viele  
in anderen Landen in heiliger vnnnd heilsamer einigkeit eben  
dieselbige Lehr mit vns bekennen/ vnd auch mit ihrem Blut  
bezeichnen. Vnd weil solches alles bey vns geschiehet vnnnd  
vorrichtet wird/ finden sich vnter dem hauffen vnserer Stu-  
denten ihrer zween/ welche alle ihre Mitgesellen (vnnnd so je-  
gend jemand in dieser vnser Vniuersitet / vor diesen beyden/  
zerrüttung angerichtet) mit Gottloser auffrührischer vor-  
messigkeit bey weiten vbertreffen/ vnd solcher thaten sich vn-  
terfangen/ dardurch Krieg vnd Streit vnter vnseren Stu-  
denten sich erhaben/ darauff bald Todschlag gefolget were/  
vnd sich also vnserer Vniuersitet vorkehrung vnd vntergang  
zubefürchten gewesen.

Die Mahmen solcher vnrubigen Leute seind Con' adt:  
Schlüsselburgk von Scheumburg/ vnd A. A. A vnter wel-  
chen der Schlüsselburgk / so wol gegen seinen Tischgesellen/  
als auch gegen vielen anderen Studenten/ auch beim trunck  
gegen Bürgern dieser Stadt (welche/ weil sie sich wegen des  
gemeinen nutztes befürchtet/ die sach zum ersten an vns gelan-  
gen lassen:) Vnserere öffentliche Lehre eine lange zeit vbel ge-  
schmehet/ nachmaln auff dieselbige öffentlich gelästert/ vnnnd  
dieselbige anzuklagen sich vnterstanden. Auch ist er mit vie-  
ler zeugniß vberwiesen worden / das er etlicher vnser Colle-  
gen Mahmen vnd Lehr auff's grewlichst mit Worten geschme-  
het/ vnd sich außdrücklich vornehmen lassen/ das Wir in die-  
ser

ser vnser Vniuersitet vom Sohne Gottes nicht recht lehren.  
So hat er auch kurtz hernach ein Schreibē vnter seiner hand  
vnd vnterschriebenen Nahmen/dem H. Rectori vbergeben/  
darinn er außdrücklich gesetzt/was er in öffentlicher Lehr/  
auch welcher Professoren Christliche Lehr vber etlichen ge-  
wissen Hauptpuncten in der Vniuersitet gehalten / v tadelte  
te vnd beklagte.

Darauff Wir/was vns zu thun noth gewesen/vor die  
hand genommen/vnnd die beklagte drey Professores vnser  
Collegen/in vnserer öffentlicher vorsamlung ihre sach an-  
bringen lassen / nachmahln auch den Schlüsselburgk erfor-  
dert/vnd ihm gleichfalls vdr vns vnd aller vier Faculteten/  
samptlichen Professoren/red vnd Antwort zu geben aufer-  
leget / Worauff dann in vnser allerseits gegenwart / vnser  
Collegen auff die anklagen des oftgedachte Schlüsselburgs/  
in seinem beysein/ diß zur Antwort gegeben / das theils sie/  
so wol die Lehre dieser Vniuersitet zur vnbilligkeit beschul-  
diget/ Ja recht zu reden/ sie in lesterlichen Lügen vberweise-  
ten/ theils dartheten: das er sich der vorleumbdung gebrau-  
chete/in deme er deutete vnnd verkehrte / was er von ihnen  
gehört hette/ darauff Kläger nichts gehabt das er darwi-  
der bringen kondte/ sondern was anders / das zur sachen nit  
gehörig gewesen fürgegeben / vnnd von dem Sohne Gottes  
dergestalt geredet/ das da man ihme gezeiget/ das solche re-  
den mit des Entychetis irigen Lehr gleichstimmig wehren/  
vnd der Wahrheit in der H. Schrift offenbaret/ gantz zu wi-  
der/vnd von den allgemeinen Synodis, auch von den recht-  
glaubigen Christlichen Kirchen bestendig vnd einhellig vor-  
dammet weren/ hat er solches nicht mit einem wort geleug-  
net/ oder leugnen dürffen.

Vber diß alles hat er Brieffe an die seinen außgeschickt/

B ij

vnd

vnd hat von vnserer Vniuersitet schreiben dürfen/das man  
die so in Kirchen vnd Schulen des Landes Sachsen geboren  
vnd auferzogen weren / schwerlich zu ehren gelangen ließe/  
also das sie in Künsten vnd der Philosophy Magisteri möch-  
ten erkläret werden/welches dann durch solch sein schreiben  
vor die aller vornembsten des Sächsischen Adels gebracht  
worden/die dann auff dieses oder anderer vnserer vorleumb-  
der vorursachen in solchem wahn stecken / das darob an vns  
geschriben wird/das sie der meinung weren / dz allhier auch  
wol die der wahren Lehr gantz zu wider weren/ zu zeiten zu  
solchen Ehren zugelassen würden. Da doch diesem vorleums  
der nicht vnwissend/ vnd offenbar ist / das alle die allhier zu  
Magistris/oder auch allerhand Facultet Doctores erkoh-  
ren werde/ auff die Augspurgische Confession offentlich für  
jedermenniglich schweren müssen. So ist vber diß auch kund-  
bar/ das aus keinerley Nation oder Landart mehr Studie-  
rens halb zu vns anhero komen / das auch keinerley Nation  
bey vns nun schon lenger als bey vierzig Jahren hero / auch  
noch jetziger zeit/ höher gewirdiget werden als die Sachsen/  
das also solch berühmtes Volck durch dergleichen ertichten  
nachreden schwerlich von vns wird können getrennet werde.  
Auff welcher selbst eigen Zeugnuß wir vns dißfalls beruffen.  
Als auch vor etzlichen Monaten welche ehrnletzte Schrif-  
ten von schmehenden Versibus wider etzliche vnserer Colle-  
gen/als Tapffere vnd Gelehrte Wienner/ vnd sonderlich die/  
derer Schulen vnd Lehrer zuvor Schriftlich vnd Mündlich  
angeklaget/ seind außgesprenget worden / hat eben dieser/ so  
viel ihme möglich gewesen / solche nicht allein begehret vnter  
zudrucken vnd abzuschaffen/ welches doch gemeines Rechtens  
ist/ sondern hat viel mehr mit recitiren vnd vmbtragen vns  
tern andern solche weiter vormehret vnd außgebreitet / vnd

Druck

127  
derogestalt diß alles vorrichtet/ das er dardurch genungsam  
erweiset/ das er einen sondern gefallen daran gehabt hette:  
vnd erklären die Keyserlichen Rechte solche Leute gleicher  
straffen würdig/als die authores solcher Famoschriefften.  
So haben wir eben desselbigen vormessenheit vnd haß gegen  
den vnseren so fern wol erfahren / das vns keinen sondern  
zweiffel machet/das er solch famos libell oder die ehrnüh-  
rige Versen nicht selber solle gedichtet haben/wie dann derer  
auch vorhanden die es ihm wol zumessen dürffen.

Der ander aber A. A. hat dieses Schlüsselburgs seine  
disputationes wider vnserer öffentliche Lehre/ so wol deren  
Professores/ nicht allein beliebt/ vorthedigt vnd außge-  
breitet / sondern sich auch vor seinen Discipel außgegeben.  
Er hat sich auch nicht allein mit ergerlichem gezencke vnter  
den Studiosis hören lassen / sondern hat selbst ein schreiben  
vnserm Rectori vbergeben/vnd in vnserer sämtlichen vor-  
sammlung sich mit Gottlosterlichen reden/derer dinge vorne-  
men lassen/ vnd bezeuget / welche der Christlichen Wahrheit  
vnd vnser öffentlichen bekandten Lehr gantz zu wieder gewe-  
sen. Auch hat er hoher wichtiger dinge beschreibungen ge-  
dichtet/vnd etliche Sprüche der H. Schrifft dergestalt erkla-  
ret/als sich biß anhero kein Gottloser oder Vnverschembter  
an tag zu geben vnter stehen dürffen. Vnd ist keinem vnter  
diesen beyden darumb zu thun gewesen / das er dardurch die  
Wahrheit erlernen möchte/sondern das sie alles aus Haß vnd  
Meid gegen vns aus lauter Bosheit gothan / ist hier auß er-  
weißlich/das sie niemals mit denselbigen Leuten/deren Lehr  
sie beschuldiget / oder auch mit vnser Theologischen Facul-  
tet fragens oder vnterrichts wegen hetten sich zu vnterreden  
begehret / da sie auch schon die helle klare Wahrheit gehöret/  
seind sie doch bey ihrer Meinung halbstarriger weise vor-  
blieben.

B ij

Der

Derhalben Wir beyde so wol den Meister als seinen  
Discipel/welche sich beyde für Patronen vñ Beypflichter des  
Glacianischen Schwarms vnd Aufruhres aufgegeben/in de-  
me sie viel vnruhe mit eusserster gefahr in vnser Vniuersitet  
angerichtet/ sich auch durch vnser fleissige Ermahnung in  
vnser vorsamlung gegen sie geschehen/auff den rechten Weg  
nicht wollen bringen lassen / von wegen ihrer vorführichen  
vorleumbdung/vnd der lesterlichē beschuldigung reiner wo-  
rer Lehrer von Gott/vnd Ehrliebendē Leuten die solche recht  
leren/ so wol auch omb der vielfaltigē vnbilligkeit/schmach/  
vorleumbdung/vnd lügen/ deren sie sich gegen der warheit/  
vnd die so solche Lehren so wol wider vnser ganze Vniuersi-  
tet gebrauchet/auch das sie den gethanen Eyd wegen Ehre-  
bietung irer Praeceptoren so wol deren/als vnser Vniuersi-  
tet trew vñnd glauben nicht gehalten / wollen Wir sie nach  
rechtmesigem gehaltenem Rathschluß/aus vnser Vniuersi-  
tet vnd Gemeine aufschliessen/vnd aller vnser freyheiten vñ  
Privilegien entsetzen vñnd abgesondert öffentlich erklären.  
Wollen auch das sie noch heutigen dieses tages vor der Son-  
nen vntergang sich darvon machen/ vñnd sol ihnen wider zu  
kommen gantz vnd gar verbotten sein.

So fern auch irgend einer aus vnser Gemeine sich vnter-  
stehen würde deren einen auffzunemen oder zu verhehlen/vnd  
dessen vberzeuget würde / der sol mit gleicher straffe verfol-  
get werden.

Bermahnen demnach alle vnd jede/das sie laut der Propheten  
Lehr die Warheit vnd den Frieden lieben/vnd befeh'en auch denselbi-  
gen das ein jeder vor sich selbst den dergestalt sich verhalte / wie solches  
die Christliche Gottesfurcht/ die Gesetze dieser Vniuersitet/ vnd des  
Durchleuchtigsten Fürsten vnd Herrn als Vatern des gantzen Va-  
terlandes außgangene Befehlich von einem iedern erfordern vnd ha-  
ben wollen.

P. P. 3 Idus Januarij An. 1568.

# RECTOR ET SENATUS

Academiae VVitebergensis omnibus lectoribus has literas, domesticis & exteris, ubique locorum, & ijs maximè, qui nobiscum societate unius fidei, in vera Ecclesia conjuncti sunt, S.D.

**C**ircumferuntur mendaces, maledice, & in Academiam nostram contumeliose charta Cunradi Schlüsselburgij Schaumburgensis, qui nuper cum gregali suo de tetris & sceleratè confictis in Academiam mendaciis, de falsis & calumniosis obtreccionibus, ac depravationibus doctrine publicæ, de molitionibus cruentis, quæ, nisi reprimerentur matura & iusta severitate, tandem commotiones seditiosas, & tristes inter scholasticos cædes parituras esse, honesti adolescentes e cætu nostro, & cives oppidani querebantur, de corruptissimis moribus, quibus contaminatus ipse id egit, ut innocentes alios, & impollutos iisdem vicijs inficeret, deniq; de perjurio convictus, tulit sententiam his sceleribus dignam, ut resectus in perpetuum à corpore nostro, tanquam uicium & gangrenosum membrum, cum scelerum commissorum publicatione excluderetur ex Academia. Hic ut Academiae labem aliquam aspergeret, & gentem in nos Saxoniam concitaret, spargit narrationem, in qua, dissimulatis SCELERIBUS, de quibus graviter accusatus, literisq; & testimoniis multiplicibus confictus fuit, ea, quæ ab Academia paterno animo, spe emendationis, an revocari posset ad mentem saniores, priusquam infamis pronunciaretur, cum quidem apud nonnullos seriò se id expetere ostendisset: quæ ergo ab Academia cum eo suscepta & acta sunt, sui  
excu-

excusandi causa, ita commemorat, ut præcipuis earū  
actionum momentis, *aut MALITIOSÈ PRÆTERITIS,*  
*AUT SCELERATE DEPRAVATIS, AUT FRAUDULENTER*  
*MUTILATIS, AFFINGAT nonnullis è numero nostro IMPU-*  
*DENTISSIME verba & voces contumeliosas in res & personas,*  
*que exauditæ nunquam, seu qua in nullius animum venerunt,*  
*sibi vero tumat, ac tribuat, de quibus non semel, sed*  
*tertio quartove interrogatus, & respondere iustus,*  
*nec hiscere, nec murire potuit. Quod hoc consilio & hac spe*  
*ASTUTE facit, ut, cum sibi OB SCELERA & INFAMIAM SEMPI-*  
*TERNAM pereundum esse videat, experiatur, an commi-*  
*sis nobiscum, quocunq; prætextu, Ecclesijs, & scho-*  
*lis gentis Saxonice, sese quoquo modo expediat ac*  
*servet, vel cum jactura Reipublicæ & Ecclesiæ, aut si*  
*hoc non perficiat, ut saltem Academia labe aliqua,*  
*deformata se vindicet & ulciscatur. Omnibus ergo,*  
*in quorumcunq; manus chartæ MENDACIS ISTIUS &*  
*PERIURI, Suisq; SCELERIBUS INFAMIS HOMINIS per-*  
*venerint, significamus, narrationem hanc, Eius MEN-*  
*DACIIS, CALVMNIIS, rectè dictorum aut DEPRAVATIONIBVS,*  
*AUT MUTILATIONIBVS refertam esse, & rogamus, ut hoc OR-*  
*GANVM DIABOLI, PER QUEM SPIRITVS MENDAX, & HOMI-*  
*CIDA HOC QUÆRIT & MOLITVR, ut augeat miserrimas &*  
*TRISTISSIMAS DISTRACTIONES NOSTRARVM ECCLESIARVM,*  
*& nova odia ac dissidia accendat, execrentur & persequantur.*  
*Extant apud nos in Prothocollis singulorum voces &*  
*sententiæ, quæ à Notatio exceptæ sunt. Cum jam de*  
*ijs, quæ commemoravimus, SCELERIBUS esset convictus, & ipse*  
*cum socio IMPVDENTER auderet patrocinari, tetro ac prodigio-*  
*so, & manifestè absurdo atq; impio errori EVTRCHETIS, quem*  
*sacra*



sacra Oecumenica synodus Chalcedonensis evidenti-  
tissimè refutatum auctoritate Cyrilli, qui in eo con-  
fessu præcipuus fuit, condemnavit, quem leges Impe-  
ratorum, tanquam abominabilem, execrantur, ac di-  
ris devovēt, cum totū fundamētum incarnationis sa-  
lutiferæ Filij Dei, Domini nostri Iesu Christi, quo u-  
nico nititur fides, & salus nostra, evertat ac deleat:  
*Huic ergo pestilenti errori cum auderet patrocinari, Acade-*  
*mia, cupiens consulere conscientia illius, cum aliqui*  
*sanabilem esse putarent, [ Alioquin enim id non fa-*  
*ctura, sed ut jam Convictum, mox infamem etiam,*  
*pronunciatura & ejectura fuisset ) cepit eum de erro-*  
*re Eutychetis commonefacere, ac docere, cum ex no-*  
*strorum præceptorum libris, quibus inter alia dog-*  
*mata, & hanc de vera incarnatione Filij sententiam,*  
*perpetuam Catholicæ & orthodoxæ Ecclesiæ, ex scri-*  
*ptis Prophetis & Apostolicis extractā ac demon-*  
*stratam, nobis tradiderunt, tum ex veterum testimo-*  
*nijs, ex Synodi Chalcedonensis decreto, ex Cyrilli &*  
*aliorum doctrina, qui Eutychetis controversiam ex-*  
*plicarunt, & veram scripturæq; Canonicae consenta-*  
*neam sententiam illustrarunt. Hoc ex animo paterno*  
*profectum singulorum in eo confessu studium, iste Sy-*  
*cophanta, in eam interpretatur ac detorquet sententiā,*  
*ut audeat impudentissimè crimen & hæresin prophanationis ce-*  
*ne Dominicae Academiae intentare, de qua re sua conscien-*  
*tia teste, scit contrarium ei objectum esse; scit eviden-*  
*ter ei ostensum esse, Eutychetis errorem hoc etiam,*  
*nomine detestandum esse, & explodendum, quod*  
*fundamentum sententiæ Lutheri de Coena Domini*  
Cprorsus.

prorsus evertat, cum Christum vero corpore exuat,  
quod Lutherus in Coena Domini distribui affirmat.  
Et de hac controversia claris & expressis verbis ali-  
quoties remissus est ad nostris Pastoris librum, *ad quē*  
*se provocasse impudenter mentitur.* Hæc commonefactio-  
nis summa fuit, quam alij alijs sententijs piorum ac  
probatorum scriptorum confirmarunt. Gentis Saxo-  
nicæ & Ecclesiarum ejus gentis honorificentissima,  
in eo confesso mentio facta, & is consensus cum ne-  
stræ Scholæ doctrina crebro repetitus est, ad quem  
in suis scriptis toties præceptor noster D. Philippus  
provocat. Nec inclementiorem mentionem si quis fe-  
cisset, silentio fuissent dissimulaturi, qui ex ea gente  
corporis nostri membra, causam nobiscum commu-  
nem egerunt, nec cur id fieret, causæ erant unquam.  
Quo consilio id finxerit, nemini obscurum esse po-  
test. Sed non hoc primum est crimen falsi, quod com-  
mittitur in Academiam nostram, nec prima calumnia  
qua laceramur. Sustinemus jam multos annos injusta  
& acerba odia multorum inimicorum nostrorum, qui  
nullo nostro merito, pro ijs laboribus, quos impen-  
dimus propagationi rectorum & salutarium studio-  
rum, quibus possunt nos figmentis mendaciorum  
conantur traducere, & opprimere. Nullum tantum  
scelus penè cogitari potest, quod Flaciana rabies tri-  
buere sanctissimo agmini Scholæ nostræ non fuerit  
ausa, in quo coetu non dubium est, innumeros esse &  
fuisse, qui sunt vera & viva organa Divinitatis, & san-  
cta Dei domicilia, in quorum pectoribus habitat  
Deus, quorum mentes accendit luce sua Filius Dei, &  
adflat

adflat ac regit corda Spiritus Sanctus. Deniq; qui recte discunt doctrinam Evangelij, & hujus doctrinae custodes, ac nobis praëceptoribus testes sunt, & erunt non tantum ad posteritatem, sed in extremo iudicio antè tribunal Filij Dei, cum de intentatis falsis criminibus, iudice Filio Dei Domino nostro Iesu Christo, sycophantæ hostes nostri respondere nobis cogentur. Neq; Academiae tantum & universis talia acciderunt, & jam penè quotidie accidunt, sed & Collegijs totis & singulis. Prodiit nuper libellus, Pauli Scalicij nomine, in quo Doctoribus Iuris tribuitur responsum de lite, quam ille de suis natalibus in Borussia habuisse fertur cum viro nobili, nulli unquam inter ipsos cogitatum, visum vel auditum. Edita sunt Chronica D. Peuceri, & M. Menij nomine, in quibus improbè & injustè laceratur fama & existimatio summorum ordinum. De his nulli eorum quidquam constitit, priusquam de periculis, in quibus versarentur ob eam editionem, ab amicis admonerentur. Scimus literas scriptas esse, & Rectorum Academiae, quibus detracta ex publicis scriptis sigilla affixi fuerunt, & privatorum nomine, ad Principes, Respub. & privatos, non unas atque alteras, sed frequentes, quarum autores sese subdixerunt, fraude patefacta. Hæc improbitas, malita & licentia quo tandem est evasura, nisi severitate summorum Magistratum coercita ac repressa fuerit? Quid non audebit improbus quisque, si astipulatores mendaciorum, & calumniarum se invenire, aut ex his etiam applausu studioq; assentientium crescere didicerit, & experietur? Quis

vero in Scholis publicis tandem onus docendi, & re-  
gendi disciplinam, alioquin in hac licentia corruptis-  
simo seculi nostri penè intollerabile, aut suscipere vo-  
let, aut sufferre poterit cum tanto discrimine famæ &  
existimationis suæ, si propter calumnias, mendacia,  
seditiones, perjuriam ejectus ex aliqua Schola, possit  
contra eam scurrilibus artificijs concitare totas gens  
tes? Videant illi, ne qui hanc viperam excipiunt, tuentur ac  
fovent, idem ab ea perpetiantur non multò post, quod  
modo nos ferre cogimur, aut deterius aliquid: & dis-  
cant suo malo, exempla impunitatis in delictis con-  
tra Rempublicam, si foveantur quantum noceant.  
Iustum omnino hæc nobis dolorem afferunt.

*Te ergo SCHLUSSELBURGI, cum antea tuo merito, te men-  
dacem, seditiosum, Sycophantem, perjurium, ijs literis, quas  
legisti, & testimonijs, quæ audivisti, convicerimus ac de-  
claraverimus, nunc quia priora SCELERA NOVORUM MENDA-  
CIORUM & CALUMNIARUM CRIMINIBUS cumulasti, ANATHE-  
MA etiam pronunciamus, ac tanquam DIABOLI VIVUM ORGA-  
NUM totis pectoribus execramur. Has veras ac justas diras no-  
stras, immota lege, & ordine justiciæ Divinæ in tuo capite adhe-  
suras esse non dubites. Pios autem & veritatis, concordia  
ac pacis amantes, ubique locorum rogamus & obtesta-  
mur, nec hujus SCHLUSSELBURGII, aut aliorum similium CALU-  
MNIOSIS ac MENDACIBUS TRADUCTIONIBUS fidem habeant,  
sed potius tanquam CERTISSIMAS ac PERNICIOSISSIMAS PE-  
STES, VIRUS ALENTEs, quod effusum veritati cælesti, & Eccle-  
siæ nociturum est, una nobiscum ABOMINENTUR, & ARCEANT  
ABIGANTq; à Scholis, Ecclesijs, & Rebuspub. ne armati auto-  
ritate, aut invitati occasionibus spargere Virus con-  
ceptum*

ceptum possint cum certo periculo, vel etiam interitu Ecclesiarum. Verissimum est enim Demosthenicum illud, *πονηρὰ φύσις ἐξουσίας ἐπιλαβομένη δημοσίας ἀπεργάζεσθαι συμφορὰς*. Rogamus etiam eosdem, ne ullis aut libris, aut literis editis, sparsive nomine alicujus ex nostro ordine & numero assentiantur, nisi prius re apud nos explorata, an sic se habeat, nec ne. Deinde, ut ignoscant justo dolori nostro, qui has querelas nobis exprimit. Cum autem insidias, molitiones, fraudulentos & manifestos conatus Diaboli, & malorum hominum adversus Academiam nostram, cum rabiem in inimicis nostris crescere videamus indies, nec ulla vigilantia nostra prospicere, aut intelligere, nulla sagacitas odorari, nulla sapientia amoliri ea à nobis antevertendo possit: Deum oramus ardentissimis precibus, ut ipse nos per & propter Filium suum Dominum nostrum Jesum Ch regat, ducat, doceat, ac protegat, & tueatur, ac vindicet innocentiam nostram, & det testimonium veritati, quam sonamus ac profitemur, quam retenturi sumus, Deo adjuvante, usq; ad halitum extremum pectorum nostrorum. Profitemur etiam & affirmamus coram Deo, & tota Ecclesia cœlesti, ac terrena, nos eam doctrinam, quam accepimus à Præceptoribus nostris, consonam canoni Prophetico & Apostolico, & comprehensam in ijs libris, ad quos omnia nostra semper referimus, conservaturos, & auditoribus nostris bona fide tradituros, ac commendaturos esse. Nec dubitamus Deum posteritati, si qua futura est, ante diem novissimum, quantæcunq; inciderint confusiones opinionum, & dogmatum,

tum, testimonio suo veritatem doctrinae nostrae de-  
laturam esse, sicut testimonium præbuit Synodis, Ni-  
cenaë, Ephesinaë, Chalcedonensi, etsi potentia, factio-  
nibus, se vitia adversæ partis orthodoxi oppressi, ty-  
rannidem & crudelitatem pertulerunt, non minorem  
Ethnica: Tandem tamen iusto Dei iudicio vicit veri-  
tas, cum Ecclesiam conservari, & in ea sonare puram,  
& incorruptam doctrinam Evangelij oporteat, usque  
ad optatissimum & desideratissimum pijs omnibus  
reditum Filij Dei, iudicaturi vivos & mortuos, quem  
precamur supplicibus gemitibus, ut nos citò ex his  
furoribus, atque ærumnis mundi ereptos ad se trans-  
ferat, ut sicut promissio sonat, decurret & abrumpat  
tempus, reducantur electi.

P. P. IIII. Idus Martij  
Anni 1568.

RECTOR vnd sämtliche  
Professorn der Vniuersitet zu Witten-  
berg/ allen vnd jeden so diß vnser schreiben lesen wer-  
den/ Einheimischen vnd Außländischen/ aller örter vnd enden/  
Insonderheit aber denen/ welche mit vns im verbündnüß einer-  
ley Glaubens in der wahren Christlichen Kirchen  
seind/ Fried von Gott.

**S** werden vmbher getragen Lügenhafte  
lesterliche schreiben/ vnser Vniuersitet zu nach-  
theil gereichend / des Conradt Schlüsselburgs  
von Schaumburgk/ welcher newlicher zeit/ mit  
seinem gehülffen wegen grewlicher vnd Ehr-  
vorgesessener schendlicher ertichter Lügen auff die Vniuersi-  
tet/ wegen falscher vnd schmählicher nachrede/ wegen vor-  
fälschung öffentlicher Behrn/ wegen Blutgieriger Anschlie-  
ge/ wo ferr man solchen nicht in zeit mit gebührendem ernst  
vorkommen were/ endlich wol aufführische empöhrungen  
vnd vnter der studierenden Jugend jämmerliche Todschlä-  
ge hette verursachen sollen / darüber dann etliche Ehrliche  
Befellen vnser mittels / so wol auch Bürger der Stadt sich  
beschweret / vber den hochverderbten gebrauch damit er besle-  
cket / sich vnterstandē andere mehr vnschuldige vnd vnbefleck-  
te anzustecken / dann auch das er wegen vberzeugten Mein-  
eyde / ein solches Urheil erlanget / als solche mißhandlung  
würdig war / nemlich das er zu ewigen zeiten von vnser Ge-  
meine abgesondert / als ein verfluchtes vnd gleich vom freß-  
senden Kreebes vorderbtes Gliedmaß / neben entdeckung sei-  
ner mißhandlung / der Vniuersitet vorwiesen würde. Dar-  
mit er aber der Vniuersitet einen fleck anhängen möchte / vñ  
die

die Sachsen gegen dieselbige erregete / hat er reden außgesprengt / darunter er seine Bubenstücke vorhelet / welcher wegen er zum hefftigsten beflaget / auch durch schreiben vnd mannigfaltige Zeugnuß vberzeuget war / dasselbige was eine Vniuersitet aus Väterlichem gemüth in hoffnung der besserung / ob er vielleicht zugewinnen vnd auff den rechten weg zubringen / ehe er vor vnedlich erkandt würde / da er doch gegen etliche sich vorlauten lassen / das er eben dasselbige begehrete. Was nun von der Vniuersitet wegen sein fürgenommen vnd abgehandelt zu seiner selbst entschuldigung / hat er dergestalt vorbracht / das er dasselbige / woran in dieser sachen am meisten gelegen / entweder bößlich vbergangen / vnd vorgeßlicher weise vorfelschet / oder ja betrüglich vorstimmelt / etlichen der vnseren gantz vnvorschämmt ihre wort vnd reden / dieser sachen vnd etlichen Personen zu wider / angetichtet / die doch niemahls erhöret / oder die in keines Menschen Hertz je kommen sein / sich selbst aber dasselbige zugeschrieben / vnd zugeeignet / darüber er nicht allein einmahl / sondern wol zum dritten vnd vierden mal gefraget vnd zubeantworten vorursacht / deren er nicht das geringste wort zu wege bringen mögen. Welches er auff den anschlag mit der arglist der meinung anstellet / auff das / wann er wegen seiner mißhandlung vnd ewigwrender Infamia in eufferstem vorderben sich vormercken würde / er versuchen möge / wann er nun auch durch welcherley Practicken vnd vorgeben die Kirchen vnd Schulen des Landes Sachsen mit vns aneinander gehetzt / vormerckte / er sich dardurch etlicher massen entledigte / entweder mit vorlust des gemeinen Nutzes oder der Christlichen Kirchen vorderb / oder so fern er es auch hierdurch nicht vorrichten kondte / das er doch durch dergleichẽ verunglimpfung / der Vniuersitet möchte schimpff beweisen / vnd dergestalt sich gleich erholet vnd rechnet.

Der-



Derwegen wir allen vnd jeden / denen dieses ver-  
lo- genen / Weinedigen / vnd seiner mißthaten halben vnredli-  
chen Menschen / schreiben zu handten kommen werden / zu wis-  
sen vnd kund thun / das solche außgesprengte reden / mit sei-  
nen Lügen / Schmechungen mit vortehrung richtiger wort /  
auch mit vorstimmlung derselben / überheuffet seind / Bits-  
ten demnach männiglich / das sie solch lebendig Werkzeug  
des Teuffels / durch welchen der Lügengeist vnd Seelen mör-  
der einig tichtet vnd trachtet / damit er die jämmerlichsten  
vnd beschwerlichsten zerrüttungē vnserer Kirchen überheuf-  
fet / vnd neuen Haß vnd Streit anrichtet / denselben vor-  
maledeyen vnd verfolgen. Es ist noch bey vns in vnsern  
Birkunden vnd Protocollen vorhanden eines jeden seine  
red vnd meinung von vnserm Notario vorzeichnet. Dem-  
nach er nun aller oberzehlten Bubenstück genugsam über-  
zeuget / vnd dennoch neben seinem Besellen vnvorschämpter  
weise dorffte beypflichten / dem abscherlichen vnd offenbarli-  
chen vngereimten vnd lästerlichen Irrthumb des Eutyche-  
tis / welchen ein allgemeiner Synodus der alten Lehrer zu  
Calcedone gehalten / zum kräftigsten widerleget vnd vor-  
dammet / durch beystand Cyrilli / welcher in derselbigen vor-  
sammlung der vornemste gewesen / welchen auch die Keyserli-  
chen Rechte als abscherlich vorflucht vnd vordammet / das  
derselbig die gantze Grundfeste von der heilsamen Mensch-  
werdung des Sohnes Gottes vnser Herr Jesu Christi /  
darauß einig vnd allein vnser Glaube vnd seligkeit gegrün-  
det / vortehret vnd außhortet : Weil er dann sich vnterstan-  
den diesem giftigen Schwarm beypflichten / vnd aber eine  
Vniuersitet gemeinet seinem Bawissen zu helffen / weil sie  
noch verhoffete das es noch möchte zu gewinnen sein (wel-  
ches sonsten nicht hette geschehen sollen / sondern ihn als ei-  
nen überzeugten / vnd welcher für einen Ehrenvorlustigen

D

als-



alß bald solte öffentlich erkläret vñnd außgestossen werden) hat sie ihn wegen des Eutychetis Irthumb ermahnet vñnd gelehret / so wol aus vnserer Praeceptoren ihren Schrifften vñnd Büchern / in welchen vnter andern Lehrpuncten auch dieser von der Menschwerdung des Sohnes Gottes / die stets wehrende meinung der Allgemeinen rechtgleubigen Christlichen Kirchen aus der Propheten vñnd Apostel schrifften gegründet vñnd erwiesen / vns an tag bringen / als auch aus der Alten Zeugnuß / aus dem schluß des Synodi zu Calcedone / aus Cyrilli vñnd anderer Lehrer schrifften / welche Eutychetis schreitige Lehr widerleget / vñ dargegen der waren Göttlichen schrift einhellige meinung erkläret.

Solchen guthertigen wolgemeinten fleiß aller so damahl zuentgegen gewesen / hat dieser vorleumbder auff die meinung gedeutet vñnd gedrehet / das er gantz vnvorschämte der Vniuersitet einen Ketzerischen Schwarm vñnd einen mißbrauch des H. Abendmals andichten darff / da er doch wol weiß / vñnd sein gewissen ihn vberzeuget / daß ihm das wieder spiel ist eingehalten worden / Er weiß das im aus dem grunde erwiesen worden / das der ergerliche Irthumb des Eutychetis fürnemlich auch der vrsachen halben zu meiden vñnd zu vorwerffen / das solcher die Grundfeste der Meinung H. Lutheri vom H. Abendmal ganz vñnd gar vorkeret / den Herren Christum seines Leibes beraubet / welchen der Herr Lutherus bekennet / das er im H. Abendmal außgetheilet wird. Eben vmb dieses streits willen ist er zu vnterschiedenen mahlen mit hellen außdrücklichen worten auff vnsera Pastoris buch vorwiesen wordē / da er vorlogener weise vnvorschämte vorgibt / das er sich auff dasselbige beruffen. Ist diß also die summa oder inhalt geschehener Erinnerung / welche etliche vnsero mittels durch anderer frommer vñnd bewerter Lehrer

Schrifte

Schriften bekräftiget. Des Landes Sachsen so wol ihres  
Christlichen Kirchen ist in solcher vnser versamlung in allen  
Ehren erwehnet vnd gedacht worden / vnd das sie mit der  
Lehr vnserer Vniuersitet einhellig vberestimmet / zum off-  
tern widerholet worden / darauff sich auch vnser Praeceptor  
der H. Philippus in seinen Schriften vielmal beruffet / Sol-  
te auch irgend einer deroselben etwas vnfreundlicher erweh-  
net haben / Als würden deroselben Landesleute so damals vn-  
sers mittels vnd neben vns / diesen sachen beygewonet / keines  
weges mit stillschweigen beygegangen haben / vñ hetten auch  
dergleichen zu thun niemaln gelegenheit oder vrsach g. habt.

Warumb er aber solch sein gedicht vorbracht / kan je-  
derman gar leichtlich erachten.

Es geschiehet aber diß nicht zum ersten mal / das vnser  
Vniuersitet mit dergleichen ertichtem vngrunde beleget o-  
der beschuldiget wird / auch nicht die erste Vorleumdung /  
dardurch man vns vermeint zu beleidigen.

Wir haben schon viel Jahr hero leiden vnd dulden müs-  
sen vieler vnser widersacher vnbillichen bitteren haß vñ neid /  
die vns ohn alle vnser schuld vnd vrsach / für vnser ange-  
wandte mühe vnd arbeit / zu fortpflanzung heilsamer vnd  
wahrer Lehr / mit ihrem falschen Lügen geticht außschreyen  
vnd vnter zu drucken vorhoffen. Es kan dergleichen vbel-  
that kaum erdacht werden / welche nicht die wütende Rotte  
der Glacianer / vnserer vnschuldigen Vorsamlung oder Ge-  
meine der Vniuersitet / beyzumessen sich vnterstanden hetten :  
Vnter welcher gemeine ohne zweiffel vnzehlich viel gewesen  
vnd noch verhandt / welche wahre vnd lebendige Werkzeuge  
Gottes / vnd H. Tempel Gottes sind / in deren Hertzen Gott  
wohnet / die er entzündet mit dem liecht seines lieben Sohnes /  
erwermet vnd regieret deren sinn vnd gemüth mit seinem H.  
Geist. Werden demnach alle / denē die ware lere des H. Euan-

gelij ein ernst ist Recht zu lernen vnd festiglich zu bewahren/  
vnd vnser als ihrer Praeceptoren zeugen sein vnd bleiben/  
nicht allein bis auff vnser Nachkommen/ sondern am Güns-  
gesten gericht/ vor dem Richterstuhl des Sohnes Gottes/ wann  
wegen solcher falschen vñ ertichteten aufflagen vor dem ern-  
sten Richter dem Sohn Gottes vnserm HERN Jesu Chri-  
sto/ vnser Vorleumbder vnd Widersacher werden antworten  
müssen. Es ist auch nicht allein vnserer Vniuersitet dergleis-  
chen widerfahren/ wie dann auch noch fast täglich sich sol-  
ches zutregt/ Sondern auch jeden andern Faculteten vnd  
Collegijs begegnet. Es ist newlich ein Büchlein außgangs  
gen vnter dem Nahmen Pauli Scalichij/ in welchem der  
Juristen Facultet beygemessen wird/ eine Antwort wegen  
eines streits/ welchen er mit einem vom Adel in Preussen  
wegen seiner ankunfft gehabt/ darauff ihrer keiner niemaln  
gedacht/ niemaln weder gesehen noch gehöret hat. Es ist auch  
ein Chronica vnter dem nahmen D. Peuceri vñ M. Menij  
gedruckt worden/ in welcher vieler hoher vnd vornehmer  
Stände Ehr vnd ansehen/ frevel vnd fälschlich vorunglim-  
pft wird/ darvon ihr keiner nichts gewußt/ bis sie wegen der  
gefahr in welcher sie wegen dieses publicirten drucks stecke-  
ten/ von ihren Freunden seind gewarnt worden. Es ist vns  
kund vnd wissend/ das Brieffe seind geschrieben worden im  
Nahmen des Rectoris Academiae, auch anderer Privat  
Personen/ an welche die abgerissene Siegel von öffentlichen  
Patenten seind darunter gedruckt wordē/ an Fürstliche Per-  
sonen/ an Städte vnd andere Leute/ nicht allein eines oder  
zwey/ sondern derer gar viel/ da dann deroselbigen Autho-  
res sich aus dem staube gemacht/ wann der Betruck ist ent-  
deckt worden. Wo aber endlich solche Gottlose Bosheit vnd  
Freiheit hinauß wil/ wo fern es nicht mit rechtem ernst der  
hohen

hohen Obrigkeit gehindert vnd hindertrichen wird? Was  
wird sich wol ein jeder Gottloser nicht vnterstellen dürfen?  
so er einen anhang solcher seiner lügen vnd vorleumdung  
vornemen/ oder auch aus derer beysfall vnd einstimmung  
spüren vnd wahrnehmen wird/ das es dardurch oberhand ne-  
me? Wer wird endlich auff Vniuersiteten das Ampt zu leh-  
ren vnd zu regieren auff sich nemen/oder zu ertragen sich vnt-  
terstellen dürfen/ bey solcher Freyheit dieser vorderbeten  
Welt/ mit der gefahr seines Nahmens vnd Ehren/ so irgends  
einer wegen vorleumdung/ lügen/ Empörung oder Weine-  
yds/ relegieret würde/ er dargegen durch abscheroliche tück  
vnd rücken/ Land vnd Leute erregen kondte? Es mögen  
dieselben zusehen/ welche diese giftige Mitter auff vnd an-  
men/ schützen vnd vnterhalten/ das sie eben dasselbe/ was  
wir jetziger zeit ertragen müssen/ nicht auch wahrzunehmen  
haben/ oder wol etwas ergers. Sie mögen mit ihrem selbst  
eignen vnglücke erfahren/ wann solche vortrecher wider ei-  
ne gantze Gemeine vngestraft/ geschützt vñ vnterhalten wer-  
den/ was für schaden daraus erfolge Es gebehret vns solches  
nicht wenig schmerzen.

Derowegen Wir dich/ Schlüsselburgk / demnach Wir  
dich zuvorhin nach deinem vordienst als einen vorlogenen/  
auffrührischen/ vorleumbder vnd Weineydigen/durch vnser  
offentlich Patent/ welches du gelesen/ auch durch zeugen die  
du gehöret/ vberwiesen vnd dardfür erklärt/ vnd aber du nun  
die vorigen vbelthaten mit neuen lügen vnd lästerliche vor-  
leumdungen vberheuffest/ wollen Wir nun dich vor einer  
vorfluchten angeben/ vnd dich als ein lebendig Werkzeug  
des Teuffels aus vnser hertzen grund vormaldeyen. Das  
auch dieser vnser gerechter fluch/ aus dem vñwandelbare Be-  
setz vnd ordentlicher gerechtigkeit Gottes/ dir nit solle vber

D iij

deinem

Deinem Robber sitzen vnd haften / darffstu nicht zweiffeln.  
Alle Gottfürchtige so die Wahrheit / Einigkeit vnd Frieden  
lieben / aller ort vnd enden bitten vnd vormahnen Wir / das  
sie dieses Schlüsselburgs oder anderen seines gleichen Vor-  
teumbdungen vnd aufgetragenen Lügen keinen glauben zus-  
stellen / sondern vor solchen vielmehr als vor der gewisesten  
vnd schädlichsten Pestilentz so voller gift steckt / welche da sie  
vber die Himlische Wahrheit vnd die Christliche Kirche auf-  
geschüttet solt werden / sehr schädlich ist / neben vns ein ab-  
schew tragen / solche von Schulen / Kirchen vnd Regimenten  
abtreiben vnd vorweisen / damit sie nicht durch andere vor-  
wegene gestercket / oder mit gelegenheit gereitzet / ihr em-  
pfangenes gift ausschütten mögen mit gewisser gefahr oder  
auch vntergang der Kirchen. Denn es ist gewiß vnd wahr  
was Demosthenes schreibet : Ein böse Natur so die gewalt  
oder anhang vberkomet / so richtet sie elend vnd unglück an.

Wir bitten auch die jenigen / das sie keinerley Schrei-  
ben oder Büchern so außgehen möchten / oder vnter dem na-  
men irgend eines aus vnser Gemeine vmbgestrewet werden /  
beypflichten wollen / ehe sie sich bey vns dessen genungsam  
erkündiget / ob dem so sey oder nicht : Nachmahn auch das  
sie vns vnsern Schmerz zum besten deuten / der vns zu sol-  
cher klage vorursachet.

Weil wir auch sehen vnd mercken das allerley hinder-  
liche Practicken / heimliche vnd öffentliche anschläge des  
Teuffels vnd böser Leute wider vnser vniuersitet vberhand  
nemen / vnd vnser Feinde je lenger je mehr wüten vnd to-  
ben / welches weder durch vnser scharffe auffichtigkeit / vor-  
stand / Witz oder Weißheit möchte vorkommen oder abge-  
holffen werden :

Als

Als wollen Wir Gott mit vnserm embsigen Gebet er-  
suchen/ das er vns durch vnd vmb seines Sohnes willen vn-  
seres Herrn Jesu Christi / wolle regieren / leiten / lehren/  
schützen vnd handhaben/ unsere vnschuld rechnen / vnd der  
Warheit selber Zeugniß geben/welche wir lehren vnd bekenn-  
nen/ welche Wir auch durch Gottes hülff zu erhalten ent-  
schlossen sein/ biß vns der letzte Athem außgehen wird. Wir  
bekennen auch vnd bezeugen für Gott/seiner ganzen Christ-  
lichen Gemeine im Himmel vnd auff Erden/ das wir diesel-  
bige Lehr/ welche Wir von vnsern Præceptoribus erler-  
net/die mit den Schrifften der Propheten vnd Aposteln  
gleich lautend vbereinstimmet / vnd in denselben Büchern  
begrieffen oder vorfasset sind / darauff wir vns allwege be-  
ruffen/ behalten wollen/ vnsern Zuhörern dieselbe mit trew  
vnd Glauben lehren/vnd sie darzu vormahnen wollen. Wir  
zweifeln auch nicht / Gott werde vnseren Nachkommen / so  
noch welche vorm Jüngsten Gerichte bleiben werden / was-  
serley irrung auch in der Lehr einfallen möchten / die War-  
heit vnserer Lehre mit seinem selbst eignen Zeugniß eröff-  
nen/ wie er dann gezeuget hat von den allgemeinen versam-  
lungen oder Synodis/ als zu Nicæa, Epheso vnd Calce-  
done gehalten/ ob schon mit Gewalt / mancherley Anstifft-  
tungen/ wüten vnd toben des gegentheils die Rechtgleubig-  
en Lehrer sind vnterdruckt worden / allerley Tyranney  
vnd Pein erdulden müssen / nicht weniger als von den  
Heyden. Hatt dennoch allezeit die Warheit durch Gottes  
gerechtes Ortheil obgesieget / wann er seine Kirche erhal-  
ten/ das Wort des Heiligen Evangelij lauter vnd rein mit  
vndorfälchter Lehr hat wollen schallē lassen/ biß auff aller  
Gottfürchtigen erwünschte vnd langst erwartete zukunfft des  
Sohnes

9056  
21  
77  
Sohnes Gottes / da er richten wird die Lebendigen vnnnd die  
Todten. Welchen wir mit seufftzen vnd flehen bitten / das er  
vne von diesem wüthen vnd Jammer dieser Welt abgeson-  
dert / bald zu sich nehmen / vnnnd laut seiner Vorheiffung die  
Mage vorküthen wolle / damit die Aufferwehleten nicht mös-  
gen vorkühret werden.

P. P. V Vittenb. An. 1568.



1077  
21



Qk. 527, 2



Bele  
hiet zu  
nterf  
nach p  
sold

Fried  
der

ni. II 488



A  
Conradi  
ern zu

de Univer=  
en/ In groen  
nem vordienst  
n lassen / wie  
n theil In-  
tum,



rucker / in  
tadi Franc.



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Kodak  
LICENSED PRODUCT  
Black

© The Tiffen Company, 2000

KODAK Color Control Patches

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

